Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2961

Quelle:
Copyright:

Hie hab ein end die ler lankch
Von dem ewangely wort vnd anfankch
Maria Muter vnd auch maid
Diſe ler ſey dir geſait
Die mit fleizz iſt uollendt worden
Von Maiſter Fridrichen *in deinen Orden*
Des ordens der charmeliten
Irr (Er?) *begert got zepiten*
Fur in alle gotes chind
Die in tugendleichn lebn ſind
Von gotleichem troſt vnd gedingen
Mues vns hie vnd dort gelingen.

An porro *Fridericus* iſte, cujus nullam in *Bibliotheca Carmelitana* mentionem fieri video, quem vero *Fridericum Wagny* Doct. *Vienn.* et *Carmelitarum* in *Auſtria* et per *Alemaniam* ſuperiorem Prouincialem a *Geſnero* in *Bibl.* memoratum puto, totius operis autor fuerit, cum ignaris ſcio. Claruiſſe illum circa an. 1390. *Geſnerus* addit. *Auſtriacae* hujus aevi dialecti Studioſi non inutiliter Codicem hunc adibunt. Feſtum Epiphaniae in eo dicitur *der obriſte* ſive *der Prehemtag*, quod notius. Feſtum Circumciſionis *der Ewenweichtag*, quaſi dicas, *eben* aeque *weih* ſacer, ut dies Nativitatis, a quo octavus eſt. Adi *Scherzii Gloſſarium* T. I. p. 268. uti et de voce *Taugen*, qua Noſter Apocalypſin adpellat, a *Taugen* Myſteria ſ. Secreta. T. II. p. 1625. et 1651.

DCCCXXIII.

159 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 26. f. inſcriptus eſt: *Divina Miſſa Sancti Joannis Chriſoſtomi.* Praefatio ſic incipit: *Omnibus Chriſtianam Religionem ac orthodoxam fidem ſtabili propoſito colentibus felicitatem. Quanta ſint, religioſi Viri, clementiſſimi dei quę in genus humanum contulit, beneficia* &c. Tota haec *Praefatio* una cum Textu *Miſſae* deſcripta eſt ex Editione Graecolatina *Veneta* 1528. 4. quae ſumtu et expenſis *Demetrii Zini Zacynthii* et *Menandri Nuntii Corcyraei* per Fratres *de Sabio* prodiit ad Exemplar graecum impreſſum *Romae* cura *Demetrii Ducae* Rhetoris agentibus Archiepiſcopo *Cypri*, et *Rhodio* Metropolite 1526. 4. Multum a noſtro Textu abeunt Verſiones *Leonis Tuſci*, et, quam quidam in dubium trahere conantur, *Eraſmi Roterod.* ſimul emiſſae *Colmariae* 1540. 4. a *Joh. Hofmeiſtero* Auguſtiniano, ſed noſtrum adoptavit doctiſſimus *Jac. Goar* O. P. in *Euchologio Graecorum Pariſ.* 1647. p. 58. f. Futilia ſunt, quae congerit *Caſ. Oudinus* T. I. *col.* 722. ad hanc Liturgiam